

IVSTI LIPSI
MONITA ET EXEMPLA
POLITICA.

LIBRI DVO,
Qui VIRTUTES ET VITIA Prin-
cipum spectant.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

MD. LXXVI.

Cum Privilegiis Casarce & duorum Regum.

SER^{MO} ET POTENTISS^{MO}
PRINCIPI
ALBERTO

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,
DVCI BVRGVNDIÆ,
PRINCIPI BELGARVM.



ERTIVM hoc inge-
nij & stili mei monu-
mentum est, SER^{ME}
PRINCEPS, quod in-
clyto nomini tuo
LIBENTES MERITO
imus consecratum. Etsi vllum; quo-
modo non istud, quod ipso titulo ad
Te vocat, & augustum hoc nomen
vult inscribi? Sunt enim MONITA
POLITICA: ad quem iustiùs, quàm ad
Politiæ & status nostri rectorem ibunt?
Sunt

Sunt EXEMPLA: & cui conuenientiùs
dabuntur, quàm qui stirpem & gen-
tem suam in ijs agnoscet? *Rudolfi, Philip-
pi, Maximiliani, Caroli, Ferdinandi, Alphonsi,*
passim hìc memorabuntur, è maiori-
bus tuis: qui scruptionem hanc illu-
strant & insigniunt, vt cælum stellæ.
Quid, quòd argumentum & materies
eòdem ducit? VIRTUTES ET VITIA
Principum; illas formamus aut sugge-
rimus, & hæc amolimus: at tu illarum
grande exemplar es, qui eximias habui-
sti & habes; & horum (quantum ho-
mini licet) pænè expers, in omni ætate
aut nesciuiisti ea, aut spreuiisti. Ergo ad
Te imus: & quo fine? vt splendorem
huic scruptioni mutuemur, & tutelam.
Sicut insignia vestra ædibus, Prætorijs,
villis appendimus, contra vim aut pro-
teruiam: sic nomina hæc sacra, contra
calumniam, aut liuorem. Neque enim
vobis

IUSTI LIPSI
 MONITA ET EXEMPLA
 POLITICA.
 LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

*In sermonem & rem ingressio, atque obiter
 utilitas Exemplorum.*



V D I T O R. Accedo, annuis? L I P S I V S. Imò accede, & sede. vacuum reperis, & sermonibus haud alienum. Otium est, & lapsus cum equo (non enim ab equo, ne rideas) ferias mihi fecit, & domum feruare, focum assidere, iussit. O rem ingenio meo alienam! nec aliud magis vitam aut vigorem mihi sustinet, quàm exercitatio & motus. At ferendum est, quod non mutes. A V D. Ferendum. & nobis diutinum desiderium: quod haud semel promere memini, & ad te velut communi legatione deferre. L I P S. Quid ais? A V D. Illud de EXEMPLIS, quæ viri & iuuenes flagitant (ita loquendum est: nec enim petunt tantùm.) subiungi P O L I T I C O R V M tuis libris. Sunt ibi Sententiæ & velut Decreta, vtilia ac salutaria: quis abnuat? sed vt valida atque efficacia sint, nonne vides vsum, id est Exempla deesse? Hæc adde, & pulcherrimè cœptum opus absolue: nec muros tantùm & tectum, sed instrumenta atque ornamenta adiunge. Sicut herbas qui seuit, opportunè eas irrigat atque alit, vt adolescant: sic tu Sententiarum istos velut frutices foue & at-
 tolle, vel sole vel pluuiâ, vt sic dicam, Exemplorum. Vtrum-

SVMMAE TRIVALENTI REGIS CATHOLICI

Philippus Rex gratia Hispaniarum, etc. Rex Catholicus
in hac parte Christianissimus, etc. etc.
L. J. Plantin
M. D. C. V.

A N T V E R P I Æ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

APVD IOANNEM MORETVM

M. D. C. V.

Ibi IOANNES MORETUS, pro antea duris mihi cum
Plantiniano, quondam meo, & Plantiniano est rebus,
permissio, permittit, ut hanc MONITA ET EXEMPLA PO-
licum alibi alibi sit. Necque alibi alibi sit.
et ego quibus magnus Carolus Rex

Insum Lipsia

